

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8508

Autre(s) référence(s) : Round 1404

Auteur(s) : Étienne de Blois, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1137

Lieu d'émission : Lyons-la-Forêt

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Étienne, roi d'Angleterre, confirme les privilèges et les terres donnés à l'abbaye de Mortemer par le roi Henri Ier, notamment des landes dans la forêt de Lyons, des essarts de la vallée de Mortemer, des terres de Beauficel[-en-Lyons]. Le roi ajoute plus de terre à Beauficel[-en-Lyons] et un ermitage à Bosquentin avec 140 acres de terre et un emplacement pour moulin.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Cronne Henry Alfred, Davis Ralph Henry Carless, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol. 3, Regesta Regis Stephani ac Mathildis Imperatricis ac Gaufridi et Henrici, Ducum Normannorum, 1135-1154, Oxford, Clarendon Press, 1968, n° 598, p. 220.
- b. Gallagher Philip Francis, *The Monastery of Mortemer en Lyons in the Twelfth Century*, its History and its Cartulary, Thèse, University of Notre-Dame, Indiana, 1970, 375 p. (dactyl.), « The Cartulary of Mortemer – B. N. MS. Latin 18369 », Act 1, p. 183-184.

Texte d'après b

Confirmatio regis Stephani de loco Mortuimaris et eius libertatibus.

[S]tephanus, rex Anglorum, archiepiscopo Rothomagensi et episcopis, abbatibus, comitibus, iusticiis, vicecomitibus, baronibus et omnibus fidelibus suis et ministris Normannie, salutem. Sciatis me concessisse Deo et ecclesie mee de Mortuomari in Leons et abbati et monachis in eo Deo servientibus in perpetuam elemosinam pro anima regis Henrici fundatoris illius ecclesie et pro animabus patrum et parentum meorum et uxoris et filiorum et fratrum meorum et pro salute mea et incolumitate regni mei Anglie et ducatus Normannie omnia illa que rex Henricus eis dedit et concessit, scilicet locum ipsum in foresta cum omnibus aisiamentis suis ; et preter hoc omnia essarta de valle Mortuimaris, ita quod quiete et sine omni redditu illa essartent et quod nemo in valle illa aliquid talliet vel essartet nisi per illos ; et preter hoc pasnagium et pasturam et omnia aisiamenta sua libera et quieta sine omni consuetudine in porcis et pecudibus et lignis ad focum suum et lignis ad materiem et omnibus aliis necessariis in foresta ipsa ; et preter hoc terram quam rex Henricus eis dedit in landa de Belfuisel in qua grangiam unam faciunt et ad opus ipsius grangie et fratrum ibi commorantium de foresta ipsa omnia aisiamenta sua accipiant ; et preter hoc adcrevi eis in eadem landa terram quam eis ipsemet liberavi et metas statui per manum Willelmi de Reumara sicut mete ipse testantur ; et preter hoc dedi eis heremitagium de Boschentino cum .CXL. acris terre circa locum ipsum

et ibi grangiam unam faciant et omnia aisiamenta sua et fratrum ibi morantium a foresta habeant ; et preter hoc dedi eis unam sedem molendini super calcedam stagni mei superioris de Leonibus in quo suum proprium molant bladum et ad alia propria agenda sua et propria aisiamenta sua. Et ut omnia ista libera et quieta et inconcussa illi ecclesie in sempiternum permaneant in elemosinam sempiternam presentis sigilli corroboracione et subscriptorum testimonio confirmavi, testante a episcopo Carolo et Matilli regina uxore mea et Galeranno comite de Mellento et R.[oberto] comite Legrecestrie et Willelmo de Reumara et Hugone de Gornaco et Richardo filio Ursi et Willelmo peur... de Dovera et Walcherio Maminot et Ingelranno de Guascolio ; apud Leones actum.